UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Johan[n]e alio abbate. Cap[itulum]. clviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Interea iohannes a patre euangeliū ſibi ſcri-
bi petijt in quo ſtudere cupiebat: quod mater
gemmis ⁊ auro ad filij dilectionē oꝛnauit. In
quo quotidie iohannes legebat: ⁊ ad vite per-
fectionem emulum anhelabat. Reuerſus igi-
tur abbas in domo iohannis recipitur: cuꝫ quo
habito colloquio de fuga petenda: qꝛ parentes
timebat nauē reperiunt iuxta littus: a quibus
dū naute multū pro naulo exigerent ⁊ pecunia
carerēt abbaſqꝫ ad repatriandū feſtinaret. Iu-
uenis patrē rogat: vt det ſibi centū aureos pꝛo
cōuiuio cōſodalibus celebrādo. Quibus acce-
ptis iohānes quaſi neceſſaria empturus abijt:
vꝛbem exiuit: ⁊ ad abbatem ſe iuxta mare pre-
ſtolantem concitus venit: datoqꝫ naulo nauem
ſecum aſcendit. Quem parentes dudū perqui-
rentes ⁊ minime intuētes ad moꝛtē affligebā-
tur. Ille igitur ad monaſteriū perueniēs factꝰ
eſt monachus vbi in oī vite ſanctitate ⁊ ſumma
obedientia ſeptēniū peregit. Poſt hec cū de vi-
ſione parentū nimiū tentaret: obtenta abbatis
⁊ monachoꝝ licentia: relicto cenobio romā ve-
nit: mutatoqꝫ habitu conſciſſis veſtibꝰ indutus
facie pre ieiunijs tabefacta: in domo parentuꝫ
incognitꝰ hoſpitat: minime ſe reuelās. Cū ma-
ne pater domū egrediēs: vt pauperi peregrino
cōpatiens tuguriū ſibi iuxta domū ſuā cōſtru-
xit: cumqꝫ de menſa pꝛopꝛia vti pauperē aluit.
Qui multis ieiunijs affectus cōtinue oꝛationi-
bus inſiſtebat. Sed tandē infirmitate coꝛreptꝰ
moꝛtiqꝫ vicinus matrē vocauit eiqꝫ pſalterium
gēmis ⁊ auro oꝛnatū exhibuit. Que libꝛo cogni-
to viroqꝫ vocato iohannē interrogat quō pſalte-
riū illud habuiſſet: ⁊ ſi qua de coꝛū genito audi-
uiſſet. Qui cūcta per oꝛdinē narrās: ſe iohānē
coꝛum filiū patefecit: moxqꝫ in eoꝝ brachijs ex-
pirauit. Cuius coꝛpus cum multarū effuſione
lachꝛymarū parentes in nouo edificato oꝛato-
rio ſepelierunt: ⁊ eidem per peregrinoꝝ ſuſce-
ptione cenobiū addiderūt: ibiqꝫ dn̄o ſeruiētes
preter quotidianū victū omnē ſubſtantiā ſuam
pauperibus miniſtrabant. Quieuit autem in
pace vir domini. iij. kalendas martij.

¶ De ſancto iohanne abbate. Cap. clvij.

IObānes abbas in ſcy-
thi claruit. Ad quē cum quidam ana-
choꝛita noīe epiſius viſitandū veniſ-
ſet: qui per annos. xl. in heremo ha-
bitauerat: interrogatꝰ eſt a iohāne ꝙtū exinde
profeciſſet: qui reſpondit: ꝙ ex quo ceperat ſoli-
tarius eſſe: nunꝙ ſol viderat euꝫ manducantē:
cui iohannes inquit: nec me iraſcentē. ¶ Dum
autē iohannes vellet ad ſimilitudinē angeloꝝ
nihil operari: ſed dn̄o ſine intermiſſione vacare
ſeipm̄ expoliauit: ⁊ hebdomadā in heremo per-
fecit. Cum aūt fame periclitaretur: et aculeis
muſcaꝝ ⁊ veſparū totus vulneratꝰ eſſet: reuer-
ſus ad oſtium fratris ſui pulſauit: dicēs ſe eſſe
iohannē. Qui reſpōdit: ꝙ hoc eſſe nō poterat:
qꝛ iohānes āgelus factus erat: ⁊ inter homīes
amplius nō habitabat. Sicqꝫ dimiſit eū affligi
vſqꝫ mane. Poſtea eidē apparuit ⁊ ipm̄ de pre-
ſumptione redarguit dicēs: ꝙ ſi homo erat ite-
rum eum vt paſceret inter hoīes operari opoꝛ-
tebat. Si aūt angelus eſſet intrare cellam non
quereret. Iohannes compūctus veniā poſtu-
lauit. Cum aūt poſtulauit: rogauerūt eum fra-
tres vt aliquod verbum ſalutare cōpendioſum
loco hereditatis ſibi relinqueret. Qui eis di-
xit: ꝙ ex quo fuerat monachus nunꝙ pꝛopꝛiaꝫ
fecerat voluntatem: nec aliquid docuerat quod
non pꝛius ipſe feciſſet. Hec in vitis patrū. quie-
uit in domino. iij. kalen. martij.

¶ De ſctō Iohāne alio abbate. Cap. clviij.

IOhannes abbas
alius in heremo ſupioꝛis the-
baidis etate ꝑuectus: vita mo-
ribus ⁊ abſtinētia ꝑcellēs cla-
ruit. Hic pꝛimuꝫ ſecedens ad
heremū tribꝰ annis continuis
ſub quadā rupe ſtādo ſemꝑ oꝛauit: ita vt nunꝙ
ſederet neqꝫ iaceret. Somni aūt tantū ceperit:
quantū qs ſtans rape poterit: Cibū ꝟo niſi die
dn̄ico ſumpſit. Pꝛeſbyter em̄ tūc ad eū veniēs
pro eo ſacrificiū offerebat: et ipm̄ ſacra hoſtia
cōicabat: idqꝫ ei erat ſacramentū ⁊ victꝰ. Huic
die quadā diabolus ſe in p̄ſbyterū trāſfigurās
vt ipm̄ deciperet: horā ſolitā preuenit: ſimulās
ſe ſacramentoꝝ gratia aduenisſe. Quē ſanctus
ꝓpter intempeſtiuā horā demonē ſuſpicatus:
ipm̄ redarguit: moxqꝫ diabolꝰ ꝯfuſus abſceſſit:
pedes aūt eius ex nimia immobilitate dirūpe-
bant: adeo vt ſanie effluerēt. Sed cōpletis tri-
bus annis: angelus ſibi apparuit: eiuſqꝫ peduꝫ
vulnera ſanauit: et celeſti cibo refecit: ac diui-
na repletū ſapiētia ad alios edocēdos ire man-
dauit. Qui iuſſa complens: dn̄ica ſemꝑ die ad
eūdem locum redibat: ⁊ ipſum angelus reficie-
bat: ceteris ꝟo diebus iohannes ex palmarum
folijs manibus operabat. Cuꝫ quidā claudus
ad ipſum curationis gratia ire diſponeret: aſi-
num aſcendit: qui cingulo manibus ſancti viri
operato: ſella conſtrictus erat: moxqꝫ vt pedes
claudi cingulum tetigerūt: ſanatus eſt. Secre-
ta etiā hoim agnoſcebat: ita vt monachis vici-
noꝛum locoꝛū eoꝝ peccata occulta cōſcriberet:
⁊ eoꝛum patribus vt tales vel tales fratres de
tali vel tali culpa coꝛrigerēt. Eoꝛū etiā merita
eiſdeꝫ per litteras inſinuabat: admonens vt in
eis perſeuerarēt. Similr̄ ⁊ patribus cenobioꝝ
ſcribebat in quibus eos per ſpirituꝫ deliquiſſe
cognouerat: ita vt illi cōſcientie remoꝛſu cōui-
cti negare nō poſſent: multis quoqꝫ alijs virtu-
tibus ⁊ miraculis admodū effulſit. Hec omnia
appelles Hiero. narrauit: vt idem refert in vi-
tis patrum.